



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars Prima. De Iurisdictione Et Foro Competenti. Pars Secunda. De  
Praeeminentiis & Praecedentiis

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Index Argumentorum In Discursibus Quæ habentur in hoc Libro De  
Jurisdictione, & Foro competenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74087](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74087)



# INDEX

## ARGUMENTORUM IN DISCURSIBVS

Quæ habentur in hoc Libro de Jurisdictione, & Fo-  
ro competenti.

### Discursus I.

#### Toletana jurisdictionis.

De controversia jurisdictionis spiritualis, tam ordinariæ, quam delegatæ, inter Episcopum, & Prælatum inferiorem, tam in locis exemptis, quam nullius, & de territorio separato. Et quomodo territorium separatum probari dicatur; Et de distinctione plurimæ specierum Prælatorum inferiorum, eorumque jurisdictionis, Ac de intelligentia privilegiorum, quæ super exemptione à locorum Ordinariis competunt Regularibus, & Religionibus, præsertim verò illis S. Joannis Hierosolymitanis.

### Disc. II.

#### Conversana jurisdictionis.

De eadem materia jurisdictionis Prælati inferioris in concurso Diocesani, quoties præsertim ex ipsiusmet Diocesani concessione, jurisdictione Prælati inferioris originata est. Et de puncto, an defensio causarum pertinentium ad Prioratus, vel Commendatarios Hierosolymitanæ Religionis, principaliter pertineat ad ipsam, vel ad Piores & Commendatarios, ita ut gesta cum istis affiant necnè ipsam Religionem.

### Disc. III.

#### Vulgarien. jurisdictionis.

De eadem materia jurisdictionis prætensiæ per inferiorem Prælatum privativè ad Ordinarium, & cum territorio separato in loco, in quo ipse habeat etiam jurisdictionem temporalem. Et de territorii separati probatione per testes depontentes de immemorabili, seu territorii separacione, An & quando una vel altera species probationis dicatur sufficienter facta, necnè.

### Disc. IV.

#### Faventina jurisdictionis.

De jurisdictione Ordinarii in Cappellanos, Clericos, colonos, ministros, & alios non professos, intervinientes Ecclesiis, Prioratibus, & Commendatis Religionis Hierosolymitanæ, tam in concernentibus curam animarum, quam in aliis, ad interpretationem Constitutionis 65. Gregoris Card. de Luca de Jurisdictione & Foro compet.

XIII. Et aliqua de Conservatoribus privilegiorum ejusdem Religionis an possint habere Tribunal erectum, & in quo differant ab aliis Conservatoribus, Et an eorum personæ sint exemptæ à jurisdictione Ordinarii, cui alias effient subjectæ.

### Disc. V.

#### Theatina jurisdictionis.

De omnimoda exemptione à jurisdictione Ordinarii ante Sac. Cone, Trid. canonizata per rem judicatam ad formam Constitutionis Bonifacii VIII. in cap. cùm persona de privilegiis in 6. Quid talis resjudicata hodie operetur, Et quid in hoc per Concilium innovatum fuerit.

### Disc. VI.

#### Maceraten. seu Tolentina jurisdictionis.

De eadem materia jurisdictionis delegatæ competenti Episcopis, seu locorum Ordinariis in Ecclesiis, & locis exemptis. Et aliqua etiam de territorio separato.

### Disc. VII.

#### Astorian. seu nullius jurisdictionis.

De omnimoda jurisdictione quasi Episcopali cum territorio separato competente Prælato inferiori privativè ad Episcopum ex privilegio Apostolico, Et de ipsius privilegii executione, & effectuatione.

De laudo an valeat in bonis, & iuribus Ecclesiistarum sine beneplacito Apostolico; Et quando istud adesse dicatur præsumptum ex lapsu temporis.

### Disc. VIII.

#### Hypsalen. jurisdictionis

De jurisdictione omnimoda quasi Episcopali competenti Prælato inferiori ex Indulito Apostolico concessio pro aliquo Statu, vel locorum Universitate, An comprehendat locum, qui de tempore Indulti delinatus erat, ut dictæ Universitati uniretur, non tamen adhuc ad actum unionis devenit erat; Et aliqua de materia aperitionis oris aduersus gratiam cum decreto irritanti & clausula sublata.

\* 2

### Disc.

# INDEX ARGUMENTORVM.

## Disc. IX.

### *Anglonen. Iurisdictionis.*

De eadem materia territorii separati, ac jurisdictionis Prælati inferioris in locum, & populum aliquius loci; Et quid in hoc operentur dominium & jurisdiction temporalis ejusdem loci penes ipsum Prælatum inferiorem.

## Disc. X.

### *Lunen. Sarzanen. jurisdictionis.*

De eadem materia territorii separati, & omnimoda spiritualis & quasi Episcopalis jurisdictionis Prælati inferioris, etiam in exclusionem jurisdictionis delegatae loci Ordinario.

## Disc. XI.

### *Aprutina jurisdictionis.*

De probatione situationis loci in Diœcesi, an incumbat Episcopo agenti contra Prælatum inferiorem pro exercitio ordinariæ, vel delegatae jurisdictionis, Et de probatione privilegii super territorio separato per testes ob illius easualem amissionem,

## Disc. XII.

### *Beneventana jurisdictionis.*

De eadem materia probationis situationis in diœcesi, vel territorii separati respectivè; Et an privilegium Apostolicum, quamvis non expsum, super territorio separato, & jurisdictione activa in clericum, & populum, sufficiat concurrente longæ observantia, tanquam ab ista ita interpretatum.

## Disc. XIII.

### *Marscen. jurisdictionis.*

De eadem materia controversie jurisdictionis inter Episcopum, & Prælatum inferiorem prætentem jurisdictionem cum territorio separato. Et an sententia, aliaque acta gesta cum Episcopo afficiant Capitulum, seu Clerum loci controversi, Et quando dicatur esse tale Capitulum, quod ad causam defensionem, evocandum vel admittendum esset.

## Disc. XIV.

### *Firmana jurisdictionis.*

An inferior Prælatus regularis habens omnimodam jurisdictionem quasi Episcopalem cum clero & populo intra limites ejus Monasterio, seu Abbatie adjacentes, tanquam in territorio separato & Nullius, eamdem jurisdictionem habeat in Ecclesiis unitis, seu membris & de mensa ejusdem Monasterii, sicut in alienis diœcesibus, etiam respectu clericorum eis inservientium & populi in eisdem Sacramenta & divina recipiuntur.

## Disc. XV.

### *Saneti Severini Parochialis.*

De eadem materia discursus precedentis, An scilicet Prælatus Regularis cum omnimoda jurisdictione & territorio separato in loco sui Monasterii, eamdem jurisdictionem habeat in Ecclesiis subiectis, & de mensa, in alienis diœcesibus existentibus.

## Disc. XVI.

### *Mutinen. seu Carpen. collationis ordinum.*

De collatione ordinum, seu concessione literarum

dimissorialium pro eis suscipiendis, An competit inferiori Prælato loci Nullius, habenti cum territorio separato plenam jurisdictionem quasi Episcopalem, vel potius Episcopo viciniori.

## Disc. XVII.

### *Aquilana jurisdictionis.*

Si ex concordia, seu alijs Prælato inferiori competit omnimoda jurisdictione, etiam in casibus vententibus sub delegata, reservato solùm Episcopo jure visitandi Ecclesiam, Quid sub hoc jure veniat; Et an visitare possit personas eidem Ecclesiæ inservientes, eorumque causas, & titulum Beneficiorum cognoscere.

## Disc. XVIII.

### *Marsicana jurisdictionis.*

De jurisdictione loci Ordinario delegata circa claustrum Monasterii Monialium amplissimè exempti, & cum tali exemptione quod importet territorium separatum & qualitatem Nullius, quantum se extendat, & in quo operativa sit, Et quale aliud jus extrâ claustram in eodem Monasterio, vel ejus Ecclesia Ordinarius habeat.

## Disc. XIX.

### *Policastren.*

Exemptio concessa alicui Collegio sub proprio Prælato habente jurisdictionem privativam ad quemcumque, An suffragetur quoad clericum & populum castri, seu loci in aliena diœcesi, ad ipsum Collegium & Prælatum pertinentis, Et aliqua de jurisdictione Ordinarii in exemptione ratione turbatae jurisdictionis.

## Disc. XX.

### *Nazarena, seu Tranen. jurisdictionis.*

Concessa per Sedem Apostolicam Episcopo in partibus infidelium, vel hereticorum, seu alijs impedito residere in propria diœcesi, Ecclesia intra limites alienæ diœcesis pro ejus residentia, cum jurisdictione ordinaria, & Episcopali in clericos, aliosque illius Ecclesiæ inservientes, & ministros; An hic Episcopus consideretur tanquam inferior Prælatus Ecclesiæ exemptæ in aliena diœcesi, vel potius tanquam Episcopus, & Ordinarius, tam Ecclesia tanquam de territorio separato, quam personarum, in utraque jurisdictione ordinaria & delegata.

Exposito quod censeatur juxta hanc secundam partem, An in loco, in quo Ecclesia sita est, exercere possit jurisdictionem cum suis subditis, eos carcerando, sive citando per edicta in locis publicis absque licentia Diœcesani, seu Ordinarii loci, nec non licentiam concedere possit praedicandi in dicta Ecclesia independenter ab Ordinario loci.

Et an confessarii per eum approbati ad audiendas confessiones, aliaque Sacra menta ministranda in ipsa Ecclesia, administrare possint Sacramenta populo ejusdem loci, vel Diœcesis, ac absolve a casibus reservatis per Diœcesanum.

Et an Diœcesanus, seu Ordinarius, justè petere valeat præmissionem certi numeri clericorum, & ministrorum pro servitio talis Episcopi exteri, ejusque Ecclesiæ.

## Disc. XXI.

### *Amalphitana jurisdictionis.*

Ecclesia existens intra fines unius Diœcesis, si perpetuo

## INDEX ARGUMENTORVM.

petuo alteri Cathedrali , vel Metropolitanæ u-  
niatur , An efficiatur de hac Diccesi cum impli-  
cita territorii separatione , ita ut in Episcopum  
hujus novæ Ecclesiæ , cui facta est unio , transeat  
omnimoda iurisdictio Episcopalis privativè ad  
primum , vel potius remaneat in priori subje-  
ctione.

Disc. XXII.

*Tirasonen. jurisdictionis.*

Subditi diccesani , An & quando recusare possint  
accedere ad Civitatem , vel locum residentia E-  
piscopi , ita ut trahi non debeant extra proprios  
lares , ibique judicandi sint ab ipso Episcopo , vel  
Vicario specialiter deputato.

Quando dicatur una Diccesis , vel duas potius & quæ  
principaliter unitæ , & de effectibus inde reful-  
tantibus , præsertim , ne illi unius ad aliam tra-  
hantur.

Sententia lata cum Capitulo & Ecclesia loci domi-  
nantis , an præjudicet reliquo clero & populo e-  
jusdem loci , ac aliorum locorum adjacentium ,  
ita ut faciat statum.

Disc. XXIII.

*Tarentina jurisdictionis.*

De eadem materia , An scilicet subditi alicujus loci ,  
vel partis diccesis prætendere possint trahendos  
non esse extra proprios lares , sed ibitantum per  
Episcopum , seu Vicarium particularem , eorum  
causas cognosci debere.

Disc. XXIV.

*Acernen. residentia & Vicarii.*

An Episcopus , neglecta residentia in Civitate &  
Ecclesia Cathedrali , illam habere possit , ac Tri-  
bunal erigere pro toto tempore in aliqua parte  
diccesis ; Et quatenus concedatur , An possit  
Capitulum Cathedralis prætendere , pro Civita-  
te deputandum esse Vicarium Generalem in-  
dependentem ab alio Vicario Generali assistente  
penes Episcopum .

Et de jurisdicione Capituli Sede vacante , cum fa-  
cultate deputandi Vicarium , An illa respectuolo-  
ci , vel partis diccesis , esse possit penes Capitu-  
lum Collegiatæ , vel Clerum ejusdem loci , priva-  
tive ad Capitulum Cathedralis .

Disc. XXV.

*Colonien. seu nullius exemptionis.*

De exemptione ab Ordinarii jurisdicione compe-  
tentente alicui Monasterio Monialium , vel Eccle-  
siæ principali , An competat alteri Monasterio ,  
vel Ecclesiæ subjectæ , vel dependenti ; Et quid  
etiam respectu curæ animarum , & administra-  
tionis Sacramentorum in illis partibus , in qui-  
bus receptum non sit Concilium Tridentinum .

Disc. XXVI.

*Neapolitanajuris visitandi Monasterium.*

Jurisdictio delegata Ordinario loci in Monasteriis  
Monialium exemptis , An locum habeat quando  
exemptio provenit ex lege fundationis ; Et quid  
ubi eadem Monasteria habent alterum Dele-  
gatum Apostolicum à quo visitantur .

Disc. XXVII.

*Campanien. juris visitandi.*

An jurisdictio à S. C. T. & Apostolicis Constitutio-  
nibus delegata Ordinariis in Monasteriis Monia-  
liis . Card. de Luca de Injurisdictione & Foro compet.

lium exemptis , militet ubi obstat lex fusa datio-  
nis approbata per Sedem Apostolicam .

Disc. XXVIII.

*Coloniæ. Monasterii S. Cornelii ad Indam.*

An & quando Ordinarius loci iurisdictionem ha-  
beat etiam ordinariam in Monasterio Regulari ,  
ejusque Abbatे , & Religiosis , ubi agitur de illis  
Monasteriis , que cum aliis non connectunt , sed  
reguntur de per se , & independenter , An scilicet  
exemptiones generales competentes Reli-  
gionibus , capiant hæc Monasteria .

Disc. XXIX.

*Messanen.*

De iurisdictione Ordinarii loci in exemptos , præ-  
sertim in milites Hierosolymitanos ejus iurisdi-  
ctionem turbantes , Et an possit eos excommunicare , seu excommunicatos declarare , eorum-  
que Ecclesiæ interdicto subjicere , non obstante-  
bus specialibus privilegiis , ne excommunicari ,  
vel alii censuris innodari possint .

Disc. XXX.

*Vanan. visitationis.*

De iurisdictione Ordinarii in Ecclesia seculari ,  
quamvis per Regulares & exemptos possessa &  
officiata , quæ propterea naturam non immuta-  
vit , neque Regularis effecta est .

Disc. XXXI.

*Mediolanen. interdicti.*

De iurisdictione Ordinarii in Regulares exercentes  
in eorum Ecclesiæ functiones Pontificales , &  
quæ non nisi ad Episcopum , vel ab eo deputan-  
dum spectare debent , Et an possit propterea E-  
piscopus eos punire , corumque Ecclesiæ Eccle-  
siastico interdicto subjicere .

Et quando Abbates , & Prælati Regulares Ponti-  
ficalium usum habentes , possint in eorum Eccle-  
siæ baldacchino erigere , ac Pontificali mo-  
re celebrare .

Disc. XXXII.

*Panormitana.*

De iurisdictione & potestate Diccesani in Regula-  
res , ut quamvis invito munus audiendi confessio-  
nes præsertim Monialium explere debeat .

Regularium electio , corumque distributio per Mo-  
nasteria , in quibus Confessarii munus exerceri  
debeat , an spectet ad ipsum Diccesanum , vel  
ad Superiores Regulares .

Disc. XXXIII.

*Lauretana jurisdictionis.*

De iurisdictione Cardinalis Protectoris Almæ Do-  
mus Lauretanæ privative ad Episcopum , in qui-  
bus casibus locum habeat .

Et an sub nomine Cappellanorum Almæ Domini  
inservientium , veniant illi Sacerdotes qui sub  
diurna mercede ibi celebant , vel ab eis sicut Dom-  
inus ministris deputantur ad celebrandas missas  
pro satisfaciendis oneribus eidem incumbenti-  
bus .

Sub nomine laboratorum , famulorum & inservi-  
entium , an veniant laboratores , & operarii  
diurni , ac illi qui deputati sunt ad pulsandas  
campanas Ecclesiæ ; Et an milites Civitatis vul-  
go nuncupati dicitur militia , ex eo quod etiam  
ipsam Almam Domum custodiare & defendere  
dican-

## INDEX ARGUMENTORVM.

dicantur , veniant sub nomine familiarium.

Disc. XXXIV.

*Romana jurisdictionis, seu tituli Cardinalitii.*

De jurisdictione Cardinalium in Ecclesiis suorum titulorum, quid importet , & quantum se extendat , præsertim vero in illis, in quibus ad sunt Regulares , An cum istis Cardinalis Titularis aliquam habeat jurisdictionem , & qualis ; Et aliquia de exemptione Regularium remissive.

Disc. XXXV.

*Romana Cappelle, seu præminentiarum.*

De jurisdictione Cardinalis Protectoris Cappella Sextinae in Ecclesia S. Mariae Majoris quid importet in concurso jurisdictionis competentis Cardinali Archipresbytero ejusdem Ecclesie , Et an in functionibus, quæ in Cappella sunt, præminentiae jurisdictiones pertineant ad Protectorem , vel ad Archipresbyterum.

Disc. XXXVI.

*Anglonen. Competentia.*

De jurisdictione Nuntii Apostolici in Regno Neapolitano cum Regularibus, & exemptis tanquam eorum Commissarii Generalis , An ea competit privative ad Ordinarios locorum in illis casibus, in quibus Ordinarii , exemptione non obstante sunt Regularium , & exemptorum Judices competentes,

Disc. XXXVII.

*Majoricen. Synodus.*

An & quando Regularis exempti , eorumque Abbes , & Superioris teneantur accedere ad Synodus diocesanum , & ad ejusdem Synodus observantiam , ita ut ad id per Episcopum cogantur.

Disc. XXXVIII.

*Feretrana Caibedratici.*

De jurisdictione & respectivè exemptione Capituli Lateranensis , & Ecclesiarum in solo Lateranensi existentium , & quam jurisdictionem in eis habeat loci Ordinarius , præsertim circa concernientia curam animarum.

Disc. XXXIX.

*Beneventana Ecclesie.*

De eadem materia exemptionis à jurisdictione Ordinarii Ecclesiarum sitarum in solo Lateranensi ; Et quam jurisdictionem in eis Ordinarius habeat , dicta exemptione non obstante ; Et de probatione dominii soli dicitur Ecclesie Lateranensis.

Disc. XL.

*Frequentina juris visitandi.*

De jurisdictione , & facultate Ordinarii supervisione ac revisione computorum Hospitalis , & Montis Pietatis sub administratione laicorum , ac erectorum sub Regia protectione , præsertim ubi administratio est penes ipsam Communatem fundatricem , An ita verisicutur limitatio de fundatore vivente.

Disc. XLI.

*Papien. Visitationis Hospitalis.*

De facultate competente Episcopo in vim juris-

dictionis sibi delegatae per Sac. Conc. Trid. sess. 12. de reform. cap. 8. I. g. visitandi Hospitalia aliaque pialoca exempta , & revidendi rationes , An procedat quando secus in fundatione causum sit , & quando dicatur ita causum ex contraetio , magis quam ex privilegio . Et de differentia inter unum casum , & alterum , & de eod. inf. dec. 95.

Disc. XLII.

*Tudertina.*

De eadem materia jurisdictionis Episcopo , seu loci Ordinario competentis visitandi Confraternites laicotum ac Hospitalia , aliaque pialoca , & opera per ipsos laicos administrata , cum revisione rationum , ac aliis eamdem administrationem concernentibus ; Et aliqua de alienatione bonorum hujusmodi Hospitalium , Confraternitatum , & priorum locorum , an exigant solemnitates requisitas in alienationibus bonorum Ecclesiasticorum.

Disc. XLIII.

*Engubina visitationis.*

De eadem materia jurisdictionis Episcopi super visitatione , & administratione Montis Pietatis administrati per laicos , in quibus possit se ingredi , & præsertim an possit plures convisitatores assumere.

Disc. XLIV.

*Engubina Legati.*

De jurisdictione Episcopi circa exequitionem priorum legatorum , An spectare solùm dicatur subfidiariè , & in casu negligentia , vel directe , & immediate .

Disc. XLV.

*Florentina Conservatorii.*

De jurisdictione , & auctoritate Episcopi , seu Ordinarii loci super Conservatoris Congregationibus , vel Adunantibus mulierum secularium inservientium sub propria , vel secularium administratione .

Disc. XLVI.

*Bovien.*

An Episcopus exercere possit jurisdictionem Ecclesiasticam etiam per censuras contra laicos pro exigendis vestigibus aliisque iuribus per Principem seculari sibi concessis .

Civitas vel Dominus temporalis , an concedere possit forensibus civilitatem , qua mediante obtineant exemptionem ab oneribus & contributonibus , quæ per Episcopum à forensibus , non autem à civibus exiguntur .

Disc. XLVII.

*Cotronen. censurarum.*

An , & quando Episcopus vel alter Praelatus sit Juxta in causa propriæ mensæ , Et ubi agitur de bonis vel iuribus Ecclesie , quorum fructus , & emolumenta ad ejus commodum cedant .

Et an & quando procedere possit ad censuras aliquaque aetatis jurisdictionales contraria non subditos , vel quia non dicetefani , vel quia exempti , præsertim ex causa defensionis bonorum Ecclesie , adversus illa usurpantes , vel impediens .

Disc. XLVIII.

*Cusentina præteriti juris pascendi.*

De eadem materia disc. praecedentis , An scilicet

## INDEX ARGUMENTORVM.

cet, & quando Episcopus, vel alter Prælatus pro defensione bonorum Ecclesiæ, quamvis extrâ suum territorium, seu diœcœsum existentium, procedere valeat ad censuras contrâ non subditos in possessione dictorum bonorum Ecclesiam turbantes.

Disc. XLIX.

*Algaren. Jurisdictionis.*

An & quando à Conservatoribus privilegiorum detur appellatio ad solitos Judices appellationis, & præcertim ad Judicem appellationum Sardineæ, Et quatenus detur, An retardet, & operetur effectum suspensivum, Et an sperni possint inhibitiones.

Disc. L.

*Terracinen. Jurisdictionis.*

De jurisdictione Vicarii Urbis intrâ districtum, etiam in causis primæ instantiæ in concursu Ordinarii loci, & de præventione inter eos.

Et quid si ipsa Ecclesia Cathedralis sit extrâ districtum, intrâ quem tamen sit locus diœcœsi, ubi patratus est districtum, seu aliâ causa tractetur, An scilicet qualitas districtualis, & distantiæ, regulanda sit ab ipso loco particulari, vel potius ab ipsa Cathedrali.

Disc. LI.

*Bononien. Census.*

De jurisdictione Cardinalis Legati in prima instantia, quando intrerit, Et an etiam in casibus, ad quos ejus facultates non extenduntur, sit prærogabilis de partium consensu in præjudicium Ordinarii; Et de materia prorogationis jurisdictionis Judicis aliâs incompetentis.

Disc. LII.

*Pragen.*

Clericus qui proprio diœcesano destitutus est, quia nempè ejus diœcesis ab infidelibus, vel hereticis occupata sit, transiens ad partes Catholicorum, cuius diœcesani subditus fiat, ad effectum præfertim collationis ordinum.

De poena Episcopi conferentes ordines clericis alie- no sine proprio diœcesani licentia, Et an Metropolitanus procedere possit censuras contrâ Episcopum Suffraganeum.

Disc. LIII.

*Piterbien. Jurisdictionis.*

De cumulativa jurisdictione quam A. C. habere prætendit cum Baronibus Status Ecclesiastici, etiam in prima instantia, saltem per viam recursus vasallorum, An procedat in spiritualibus, & cum Episcopis non obstante Concilio Tridentino in cap. *Causa omnes.*

Disc. LIV.

*Barchionen. seu nullius deputationis Vicarii.*

An jurisdictione Episcopalis & facultas deputandi Vicarium sede vacante de jure, & ex sacro Concilio Tridentino competens Capitulo Cathedralis vel Collegiatæ locum habeat sede plena, sed Episcopo, seu Prælato impedito.

Disc. LV.

*Neritonen. Jurisdictionis.*

An Clericus in minoribus effugere valeat jurisdi-

ctionem sui Ordinarii, ex eo, quod habitum & tonsuram non deferat, neque Ecclesiæ inserviat, unde essent requisita Sacri Concilii Tridentini; Et quid ubi expressè & formiter renunciavit clericatu, An hoc non obstante subjectus remaneat foro Ecclesiastico pro delictis, & causis ante dimissionem, Et quid pro illis post dimissionem clericatus.

Disc. LVI.

*Beneventana Synodus.*

De jurisdictione, seu facultate Episcopi circa Synodus, An scilicet Constitutiones Synodales facere valeat, sine consensu, vel consilio Capituli; Et quatenus solum consilium requiratur, An capitulariter petendum sit, vel potius sufficiat, si à singulis, & an illud sit sequendum.

Disc. LVII.

*Anglonen. remissionis causa.*

De concursu seu questione jurisdictionali inter duos Episcopos, vel Ordinarios super cognitione ejusdem cause, seu personæ, qua uni subjecta sit ratione originis, vel domicilii, & alteri ratione delicti, qualis forus reputetur potentior. Et de præventione quando intret, ac sequuta dicatur, Et quid ubi concurrit mixtura plurium delinquentium diversi fori.

An personis privilegiatis competit electio fori Metropolitani in prima instantia.

Disc. LVIII.

*Firmana Molendini.*

Clericus, qui tanquam auctor obtinuit rem contrâ laicum à manibus Judicis laici, An possit coram eodem conveniri pro ejusdem rei dimissione, vel potius sit convenientius coram suo Judice Ecclesiastico, & distinguuntur plures causæ clericorum habentis bona auctoritate Judicis laici, an coram eo conveniatur.

Disc. LIX.

*Mediolanen. Fideicommissi.*

An clerici & Ecclesiastici possidentes bona sp. Stan- tia ad aliquod fidei commissum, seu majoratum, evocari possint ad forum secularis, & conveniri coram eo Judice, coram quo pendet judicium universale, super ipsius fideicommissi canoniza- tionem, & pertinentiam.

Disc. LX.

*Mediolanen. bonorum.*

Confraternitates, vel adunantia laicorum sub aliquo pio instituto, an gaudent exemptione fori laicalis, quando, & quomodo.

Clericus, seu aliâ exemplius à foro laicali, An ad illum evocari possit tanquam auctor voluntarius, & cum clausula, quatenus putaverit suum interesse, &c. Et quatenus evocetur, an tanquam auctor laudatus, seu necessarius defensor, aut alias mediatus habens interesse, declinare valeat talem forum, ut causam traheret ad suum Ecclesiasticum.

Disc. LXI.

*Tranen.*

An gesta per Judicem laicum contrâ clericum non opponentem de clericatu, & tanquam contrâ laicum, subsistuntur, vel potius infirmanda sint;

## INDEX ARGUMENTORVM.

sint; Et quatenus veniant infirmando, num clericus teneatur collitiganti reficere expensas in tali judicio factas.

Executio infra tempus ad appellandum, vel post interpositam appellationem in vim Aegidianam contra clericum reputatum laicum non opponentem de clericatu, an remaneant valida, vel potius dicatur attentata.

Disc. LXII.

### Neapolitana donationis.

Clericus infringere volens donationem factam laico, in quo foro hujusmodi judicium tractare debat, an scilicet in Ecclesiastico, & proprio, vel in illo laici donatarii; Et successivè an intentans remedium l. diffamari dicatur actor, vel reus. Et aliqua de competencia fori ratione rei sita.

Disc. LXIII.

### Albanen. seu Pedemontana bonorum.

Clericus auctor laudatus, seu defensor necessarius, an ex propria persona ratione sui mediati interesse communicet ejus exemptionem, & privilegia laico possessori immunitate, tam quod forum, quam etiam quod exemptionem ab Aegidiana aliosque similes effectus; Et aliqua de Aegidiana etiam inter laicos, an intret ubi unus eorum est forensis.

Disc. LXIV.

### Nullius seu Aprutina.

De ritu 65. Magnae Curiae Vicarie Neapolis super justificatione clericatus coram judge laico, in quibus judicibus, seu Tribunalibus locum habeat, ac attendi debat.

Disc. LXV.

### Materanen. Censurarum.

Judex laicus carcerando clericum vel Ecclesiasticum de ordine, & mandato Magistratus etiam laici superioris, afferentis ita demandare ex commissione & consensu judicis, seu superioris Ecclesiastici, An dicatur violare Ecclesiasticae immunitatem, & jurisdictionem, ita ut incurrat necne in censuras.

Disc. LXVI.

### Tarentina censurarum.

De controversia jurisdictionali in materia pascuarum, quæ sumuatur per animalia clericorum in bonis laicorum, an scilicet pro eis exigi possint fidæ alia onera per laicos solvi consueta, Et quatenus possint exigi, saltem ratione pascui, vel damni, An per laicos arrestari & retineri valent animalia.

Disc. LXVII.

### Maceraten. Censurarum.

De exemptione familiarium Cardinalium à foro laicali, quo jure competit; Et an & quando judex laicus contra eos procedendo incurrat censuras tanquam Ecclesiasticae immunitatis violator.

Disc. LXVIII.

### Bononien. denegata Injustitia.

Ad intelligentiam Sac. Conc. Trident. sess. 24. de refor. cap. 20. can. omnes, in quibus casibus locum habeat, Et an & quando intret appellatio ex capite denegata justitia seu ob negligentiam in expeditione cause.

Disc. LXIX.

### Melevitana electionis Fori.

An in Insula Melevitana in causis mere prophani inter illos incolas laicos audiri possit Curia Romana per viam appellationis, & recursus, vel per viam electionis fori juxta terminos text. in l. unic. C. quando Imperator inter pupilos.

Et de materia text. in l. diffamari, & l. se contendat, quis scilicet dicator actor, vel reus, & quando clericus cum hoc remedio trahatur ad forum secularis, vel potius ipse ratione connexionis trahat totam causam ad suum forum Ecclesiasticum etiam respectu laicorum correorum.

Et an dictum privilegium l. unica concessum videtur competat virginibus, Et de eiusdem privilegii conuassatione inter aquæ privilegiatos insimil contendentes.

Disc. LXX.

### Albanen.

An Judex laicus Ecclesiasticae Immunitatem violare dicatur per actum recognitionis corporis delicti in dominibus Cardinalium vel aliorum Ecclesiasticorum, & immunitum, Et quæ domus Cardinalium à laicali jurisdictione exempta sint,

Disc. LXXI.

### Romana seu Anconitana pecuniaria.

De foro celebrati contractus inter absentes, qualis dicatur, an ille mandatis, velille mandatarii, in quo mandatum acceptatur, & contractus perficitur; Et quid de fideiustore, an censeatur suo foro renunciasse.

Disc. LXXII.

### Bononien. remissionis causa.

An pupillus vel alia persona miserabilis succedens non privilegiato lite jam excepta in prima instantia, possit in secunda instantia uti privilegio leg. unica Cod. quando Imperator maximè ad cœtum evocandi causam à Curia Principis, & penti remissionem ad Ordinarium, & immediatum judicem appellationis in provincia existentem.

Disc. LXXIII.

### Romana seu Iannen. Redditionis Rationum.

De foro in quo reddendæ sunt rationes, & an illæ activæ vel passivæ reddendæ sint in alio loco quam illo gesta administrationis ex privilegio Eugeniana vel alio privilegio unius vel alteri competente; Et de materia l. diffamari, & l. se contendat &c. quando intentans hujusmodi remedia, dicatur actor vel reus.

Disc. LXXIV.

### Urbevetana fideicommissi.

De connexione causarum, Et quando ad unum judicem, coram quo fideicommissum canonizatum est, remitti debeant omnes causæ concordantes bona fideicommissaria existentia penes diversos possessores.

Disc. LXXV.

### Romana seu Senen. Legati.

De fori competencia ratione rei sitæ, quando intret contrâ ipsius rei dominum & possidorem alibi domicilium habentem; Et aliquæ de competentia fori ratione originis.

Disc.

# INDEX ARGUMENTORVM.

- [Disc. LXXVI.  
*Romana unionis causarum.*  
 An & quando sit locus unioni causarum, illas à pluribus judicibus avocando, & uni committendo.
- Disc. LXXVII.  
*Fulginaten. seu Spoletanæ.*  
 Quando causa civilis præjudicet criminali, ita ut unus judex alteri inhibeat, ne in criminali procedere valeat, donec terminetur civilis.
- Disc. LXXVIII.  
*Romana pensionis domus.*  
 De foro militari, an & quando intret, & quis datur judex militum, Et quando milites conveniri possint coram judicibus ordinariis.
- Disc. LXXIX.  
*Romana Testamenti.*  
 Causa civilis, quando præjudicet criminali, ut judex civilis inhibeat criminali ut alterius cause existat; Et an & quando per testatoris inductionem ad testandum ad ejus favorem intrare dicatur delictum, & agi possit criminaliter; Et de judge criminali non habente jurisdictionem in civilibus.
- Disc. LXXX.  
*Iannen seu Ferrarien.*  
 An privilegium electionis, seu variationis fori competens viduis, pupillis, aliisque miserabilibus personis ex l. unica Cod. quando Imperator &c. locum habeat contrâ clericos, & personas Ecclesiasticas, praesertim qualificatas, puta Episcopos, vel Cardinales &c., & qualis sit Cardinalium forum competens.  
 Et de privilegiis concessis Civitati Ferrarie, an derogant privilegio dictæ legis unica.
- Disc. LXXXI.  
*Melphien. seu Venetia.*  
 Causa civilis quando dicatur prejudicialis criminali, ita ut judex civilis inhibeat, ne in causa, procedat, civili non terminata; Et an & quando causa incertioris arborum dici possit criminalis, ita ut talis actus sapiat delictum punibile.
- Disc. LXXXII.  
*Romana pretii Castrorum.*  
 An jurisdictione per Principem seu alium superiorem alicui delegata, probetur ex ejusdem delegati assertione de vivæ vocis oraculo, Et quando huic deferendum sit.
- Disc. LXXXIII.  
*Romana concursus.*  
 De jurisdictione Camerarii Riparum in causis mercatorum ripæ, seu negotiorum ripale concernentibus, quomodo & quando competit, Et an procedat ubi contentio est cum Dohanerio super gabella per tabernarium seu Hospitem debita, concurreat cum mercatoribus ripalibus creditoribus ex causa vini vel mercium, vel potius tanquam in causa fiscalis cognitio spectet ad Thesaurarium; Et an fiscus qui venit ad causam alteri assistendo tanquam defensor necessarius seu alias habens interesse mediatum trahat causam ad forum suum.
- Disc. LXXXIV.  
*Leodien. unionis.*  
 An A. C. in secunda instantia jurisdictionem habeat in eis Beneficiis, & quando ista dicantur tales.
- Disc. LXXXV.  
*Romana decima.*  
 De jurisdictione Thesaurarii Generalis competente ex Constitutione 100. Sixti V. Dictique Thesaurarii participatione de decima omnium incamerationum, An procedat in Provinciis & Regionibus extrâ Italianam, in quibus accidentaliter contingat, cumdem Thesaurarium aliquam superioritatem vel auctoritatem habere.
- An eadem jurisdictione in eodem loco vel genere possit pluribus eodem tempore competere, Et quando ejus specialis concessio uni facta censeatur cumulativè ad alterum, vel privativè.
- Disc. LXXXVI.  
*Arelaten. pensionis.*  
 Ad materiam textus in l. hæres absens ff. de judic. An scilicet & quando hæres per accésse conveniri debeat pro debitis defuncti in loco sui domicilii, vel conveniri possit in foro defuncti, vel ubi est hereditas seu major pars bonorum.
- Disc. LXXXVII.  
*Montis Altii. seu Maceraten. Fideicommissi.*  
 De foro competenti, in quo hæres fideicommissio gravatus conveniri possit vel debeat ad ejus restitutioinem; Et quid de legatis, & fideicommissis particularibus; Et aliqua de incompetenti Tribunalis A. C. in prima instantia extrâ Curiam.
- Disc. LXXXVIII.  
*Tusculana remissionis causa.*  
 An condemnatus in contumaciam per Curiam Baronis, qui juxta Constitutiones Pii IV. & Pii V. audiri potest, atque ad defensiones admitti, dummodo sponte se constitut in carceribus illius judicis, qui eum condemnavit. Possit se constitutere in Curia Principis, & sic in carceribus Gubernatoris Urbis; Et quatenus in ipsis se constitut, An sit remittendus ad Curiam Baronis, qui illum condemnavit.
- Disc. LXXXIX.  
*Romana pecuniaria.*  
 Ad materiam textus in l. Roma ff. ad municipalem, quando scilicet exteri apprehensi in Curia, cuius forus alias esset incompetens, possint ibi conveniri.
- De concordatis Galliæ de non trahendis illis Episcopis, Prelatis, aliisque Ecclesiasticis ad Curiam, quomodo intelligenda sint; Ac etiam de privilegio concessio Episcopis venientibus ad visitanda Limina, ut non possint hoc tempore conveniri & molestari, quomodo hoc pariter intelligatur.
- Disc. XC.  
*Massanen. Pensionum seu Affiliatum.*  
 An possidens feuda, vel dominia in diversis Principatibus, vel ditionibus, possit ratione domicilii, quod habet in Urbe, sive ob personalem ejus apprehensionem, in eadem Curia ibi conveniri, pro causis & negotiis spectatibus ad dicta diversa dominia

## INDEX ARGUMENTORVM.

domina in diversis Principatibus existentia ; Et de propositione, quod *Roma est communis patria*, quando procedat.

Disc. XCII.

*Romana revisionis rationum.*

An Constitutio 74. *Sixti V.* per quam disponitur causas Regularium sumariè cognoscendas esse in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis præposita, procedat in causis veritatis inter ipsam Religionem, seu Monasterium, & illum, qui alias Religiosus, per annulationem professionis, seu ex alio titulo effectus est secularis.

Disc. XCII.

*Lucana Iurisdictionis.*

An profectores militiarum S. Jacobi de Spata, de Calatrava, de Alcantara, SS. Mauriti & Lazzari, & S. Stephani ac similium, sint veri Religiosi; Et quatenus non, an saltem sint personæ Ecclesiasticae exemptæ à jurisdictione & foro laicali.

Et in specie de militia S. Stephani, an in aliquo ab aliis militiis differat,

Disc. XCIII.

*Volaterrana habitus.*

An Episcopus jurisdictionem seu potestatem ha-

beat prohibendi usum vestium talarium, quibus clerici uti solent, secularibus Doctribus, illas gestare profitentibus tanquam togam doctoralem,

Disc. XCIV.

*Neapolitana remissionis causa.*

An & quando clericus conveniri possit coram Judicialeto super bonis, quæ cum ipsius Judicis auctoritate obtinuit, Et quid ubi tutelam velatiud officium ab eo suscepit, seu quod ipsa bona coram laico præventa sint; Et in specie clerici hæreditis, qui obtinuit immisionem ad bona hæreditaria à Judicaleto, ancoram ita conveneriatur pro debitis hæreditariis vel legatis.

Disc. XCIV.

*Papien. visitationis Hospitalis.*

De eadem materia, de qua discurs. 41. An scilicet & quando intret necne Concilium Tridentinum sess. 22. de reform. cap. 8. & 9. super visitatione Hospitalium exemptorum, ac revisione rationum.



IN-